



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Non prohibens, num. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

tis; ex quo sequitur, ut si suadeas Petro, ut is occisionem faciat, qui Petrus tale propositum firmiter conceperat, sequitur, inquam, ut tu nihil efficias; efficit enim ille ex suo firmo proposito; at vero si eidem mandes, isque mandatum exequatur, sequitur, ut jam tuo nomine homicidium fiat, tibique ut caussæ adscribatur.

6. Denique nota, si affirmanti, tua gratia se hominem necaturum, credas, id ab ipso futurum esse, neque contradicas & impediendas, cum possis, censeri te tacite consentire & mandare.

Eademque ratio est, si te rixante v. g. cum Ioanne, amici tui forte superveniant, & à te non prohibiti, nec repulsi (addo, cum possis) Ioannem in tuam gratiam occidant; quare in utroque casu irregularis fies: recole, quæ dix supra 9. 3. nū 18.

Ratum habens.

7. Qui suo nomine nec patratam postea ratā habet, ad damnorū restitutionē minimè g tenebitur nec irregularis h fiet. Ratio est, quia irregularitas infligitur ei, qui aliquo tandem modo, est caussa homicidij: & rursus obligatio restitutionis consequitur tanquam effectus ad factum homicidium, seu ad damnum illatum: Sed per ratificationem homicidij vel danni ante à tertio commissi, nemo efficitur ullo modo caussa, cum ad præteritum non sit potentia, ergo &c. Neque dicas, ratihabitionem retrotrahi, & mandato comparari, ex regula juris, in 6. & defacto excommunicationem contrahi ab eo, qui percussionem Clerici nomine suo factam ratifi-

cat, ergo erit in casu nostro. Ne id dicas, inquam; nego enim consequentiam, & ratio negationis est, quia ratihabitionem retrotrahi, est per fictionem juris & ejus dispositionem, ut de facto jus dispositum: in dicta percusione Clerici, quæ certe dispositio non est in irregularitate, nec in obligatione restitutionis.

g Med. Lef. Vasq. apud de Lug. t. 1. de just. d. 19. sec. 2. §. 1. n. 32. h Vasq. Turrian. Hurrad. Suar. Coninch. alij quos citat sequiturque de Lug. l. c. n. 34. contra Mol. Silv. Narvarram, aliosq. i. c. cum quis de sententia exc. in 6.

8. Porro si quis homicidium vel damnum non suo nomine patratum, postea approbet, non censetur ratificare, atque adeo nec censuram aliquam contrahere, multo minus restitutionem, quia nemo ratificare potest, quod suo nomine gestum l non est.

1 c. cum quis de sententia exc. in 6. de natura ratificationis v. multa recte explicata à Bordonio viro certe docto & eruditissimo t. 3. contr. 32. num. 1. & democps, ubi item multa de ratificatione professionis.

Non prohibens.

9. De hoc dictum est satis paulo ante, c. 3. §. 1. à num. 10. & multa dicentur lib. 8. citato tr. 4. c. 2. §. 6.

Finis Libri Sexti.

L A V S D E O , B E A T I S S I M A E
V I R G I N I , A C B E A T O
A L O Y S I O .

LIBER

